DECISIONES R. P. D. MARCELLI CRESCENTII

Rotæ Auditoris Poſtea S. R. E. Cardinalis.

Super cauſis per RR. DD. Auditores In eodem Sacro Palatio relatis ex communibus, & concordibus eorundem votis, & ſuffragijs.

Sub Titulis ſecundùm ordinem decretalium redactæ. Epithomatibus, Summarijs, & Indice locupletatæ.

QVIBVS ACCESSIT TRACTATVS DE TRIBVNALIBVS Vrbis, & eorum Præuentionibus.

DOCTORIS MARTAE NEAPOLITANI IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS
Etiam ſub pœna excommunicationis, vt per Decennium aliquo in loco vendi ſeu imprimi non poſſint.

PERMISSV SVPERIORVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE, Apud Marcum Antonium Murettum. 1589.

Coll. Soc. Ieſu Salm. ex dono Regum.

SIXTVS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

CVM ſicut accepimus dilectus filius Marcus Antonius Muretti Peru ſini Bibliopola Vrbis ad communem vſum fori, totiusq; Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem Raypſodiam Deciſionum Rotalium bo. me. Marcelli Creſcentij primū Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoris, & deinde S. R. E. Cardinalis de conſenſu modernorum dicti Palatij Auditorum, necnon tractatum de auctoritate Rotæ Romanæ à Iacobo Antonio Marta Iuriſconſulto Neapolitano conſcriptū in lucem ędere, & imprimere, ſeu imprimi facere intendat, ſed dubitet, ne huiuſmodi volumina, ſeu opera poſtmodum ab alijs ſine eius licentia imprimantur, aut ad eius imitationem excudantur, quod in maximum eius præiudicium, & detrimentum tenderet: Quare nos dicti Marci Antonij indemnitati hac in parte conſulere, eumque ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, eidem Marco Antonio, vt prædicta volumina, ſeu opera per ipſum imprimenda per decem annos poſt cuiuslibet eorum primam impreſ ſionem, ſeu editionem à quocunque vel quibuſuis ſine ipſius Marci Antonij aut hæredum, vel ſucceſſorum ſuorum, ſiue ius, aut cauſam ab eo vel eis pro tempore habentium licen tia, imprimi, ſeu ab ipſis, vel alijs vendi, ſeu in eorum apothecis, vel officinis, aut alibi vbilibet, venalia præterquam de voluntate dicti Marci Antonij impreſſa, vel imprimenda teneri, aut aliàs quomodolibet haberi poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus: Inhibentes omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus tàm in Italia, quàm extra exiſtentibus, & præſertim bibliopolis, ac librorum impreſſoribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, in terris vero eidem S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubiectis etiam quingentorum ducatorum auri de Camera pro vna eidem Cameræ, & alia denunciatori, ſeu etiam Iudici exequenti, ac reliqua tertijs illorum partibus Marco Antonio, & ſuis prædictis applicandorum, & inſuper amiſſionis typorum, & librorum pœnis toties quoties contrauentum fuerit, ne intra decem annos, vt præfertur, numerandos opera, ſeu volumina prædicta ſine voluntate prædicti Marci Antonij, ſeu cauſam ab eo habentium dictis decem annis durantibus imprimere, ſeu ab ipſis, vel alijs præterquàm de voluntate, & aſſenſu Marci Antonij, & ſuorum huiuſmodi impreſſa, ſeu imprimenda vendere, & venalia habere, tenere, vel proponere aut aliàs quomodolibet, vt ſupra habere per ſe vel alium, ſeu alios aut interpoſitas perſonas audeant, vel præſumant. Mandantes propterea vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis eorumque Vicarijs, ſeu officialibus in ſpiritualibus generalibus, necnon in ſtatu temporali ipſius S. R. E. etiam Legatis, Vicelegatis, & Gubernatoribus, vt quoties pro Marci Antonij, & ſuorum prædictorum parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnem eorum requiſitionem contra inobedientes, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas illas etiam ſæpius aggrauando, aliaque opportuna iuris, & facti remedia auctoritate prædicta exequantur, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretan-

DECISIONES R.P.D. MARCELLI CRESCENTII.

S. P. A. CAVSARVM AVDITORIS.

DE CONSTITVTIONIBVS.

Epithome.

CONSTITVTIO Marchiæ prohibens appellationem in cauſa momentanæ poſſeſſionis in Ciuitate Spoleti, habet locum etiam in iudicibus delegatis, etiam quando appellatur ad Papam, quia erat confirmata per ipſum.

SVMMARIA.

1 *Constitutio prohibens appellationẽ habet locum etiam in delegatis, etiam ſi appellantur ad Papam.*

2 *Conſuetudo interpretatiua non requirit præſcriptionem.*

3 *Conſtitutio tollens appellationem confirmata per Papam, tollit etiam appellationem ad Papam.*

4 *Conſuetudo decem annorum probata per teſtes ſuffragatur in ſententijs latis intra dictum tempus.*

DECISIO I. aliàs 307.

1 CONSTITVTIO Marchiæ prohibẽs appellationem in cauſa momẽtaneæ poſſeſſionis, in ciuitate Spoletana, ſeruata, recepta, & interpretata fuit, vt habeat locum etiam in iudicibus delegatis, etiam quando appellatur
2 ad Papã, † & ita Domini in vna Spoletan. decurſus aquarum, coram me fuerunt in voto, iux. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Bar. in l. aſſiduis nu. 6. C. qui pot. in pign. hab. Barbat. inter conſ. Alex. conſ. vlt. nu. 10. cũ ſeq. lib. 4. & Alex. conſ. 8. col. pen. verſ.

 nec

mandato, vel ſolutione annatæ de reſcript. decif. 2. in epit. 7
Voluntas faciendi, & facere ſunt diuerſa de teſt. deciſ. 3. num. 2. 154
Vniuerſitas vtitur iure minoris de procurat. deciſ. 6. num. 6. 33
Vſus communis loquendi debet articulari, & probari quando ſeruatur de conſtit. deciſ. 4. num. 4. 5
Vſusfructus omnium, & ſingulorum bonorum relictus uxori extantibus filijs reſoluitur in alimenta, quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe priuare filios omnibus fructibus in uita matris de teſt. deciſ. 6. in epit. 155
Vſusfructus relictus vxori vocando eam Dominam &c. extantibus filijs reſoluitur in alimenta ead. num. 1.
Limitatur ſi de coniecturata mente teſtatoris aliquid appareat ead. num. 2.
Vſusfructus certæ rei ſi legetur vxori in ea habet plenum, & verum vſum fructum ead. num. 4.

FINIS.

ROMAE.

Excudebat Iacobus Ruffinellus. M. D. LXXXIX.

TRACTATVS DE TRIBVNALIBVS VRBIS ET EORVM PRAEVENTIONIBVS.

DOCTORIS MARTAE NEAPOLItani in Romana Curia Aduocati.

PERILLVSTRI AC REVERENDISSIMO VIRO D. LAVRENTIO BLANCHETTO ROTAE AVDITORI.

CVM PRIVILEGIO.

ROMAE, Apud Marcum Antonium Morettum. 1589.

PERMISSV SVPERIORVM.

PER ILLVSTRI
AC REVERENDISSIMO
VIRO D. LAVRENTIO BLANCHETTO
ROTÆ AVDITORI.

DOCTOR MARTA S. D.

QVANTVM deſiderio laborauerim, vt perquirerem aliquid, atque inueſtigarem, quo mihi, deditiſſimum animum, ac ſtudium erga te ſummum oſtendere aliqua ex parte commodè liceret, ex hoc cognoſcere apertiſſimè poteris, quòd etſi circa huius Curiæ theatri materias eſſem vehementer occupatus, inq; multarum cauſarum patrocinio, ac in almæ vrbis ſapientia in iuriſprudentiæ lectura ſatis accuratus, vt nullum mihi vacuum tempus & liberum tribueretur, quaſdam tamen lucubrationes, addere valui, quibus & mihi met ipſi ſatisfeciſſe, & tibi, cui de omnium bonarum artium ſtudiis optimè merenti certatim quiſque officium ſuum exhibere debet, qui ingenuas artes profitetur, omniq; ſtudio eniti vt nomen & famam tuam perpetuis literis celebret, atque poſteris imitandum proponat, rem gratam ſummoperè facturum exiſtimo, nec non eo gratiorem, quo me nouum hoc opus aggredi cognoſces. & à nemine ad hæc vſque tempora pertractatum, In quo & de aliorum tribunalium Vrbis, & de Rotæ potiſſimum auctoritate, ipſorumq; præuentionibus rationem habui, tibiq; in Rota magnæ auctoritatis viro inſcribendum exiſtimaui: quem eximia rerum ſcientia, morum omnium integritate, ac vitæ ſanctimonia opipidò ſuſpiciendum, annos ſexdecim, omnes incredibili tua in iudicando ſcientia, in deliberando grauitate, in apparando diligentia, & celeritate admirati ſunt: quos itaque cognoſcis ita rationibus conuincis, vt ſe meritò diiudicatos fateantur. Has cùm animi tui dotes Sixtus V. Pont. Max. optimè cognitas haberet, ſta

TRACTATVS DE TRIBVNALIBVS VRBIS. DOCTORIS MARTÆ.

SVMMARIA PROOEMII.

1 *Lingua mutus, & officium quale*
2 *Operis præſentis intentio*
3 *Officia & ſtatus cur in Eccleſia diuerſi. & num. 6.*
4 *Eccleſiaſtica ciuitas conſiſtit ex duobus parietibus*
5 *Diuerſi cur deputandi ſint ad diuerſos actus*
7 *Tractanda in hoc tractatu.*

PROOEMIVM.

Lingua, vt Lactantius Firmianus ſcribit lib. 6. diuin. inſtit. cap. 13. cùm verum loqui cœperit, & virtutem, maieſtatemque Dei interpretari, tunc demum ſuo fungitur
1 munere, † quâdiu falſa loquitur in ſuo vſu non eſt. Quod cum ita ſit, ſcribentes aliquos qui falſis argumentis, & adulationibus officialium vrbis (qui iudicant in veritate, & eorum thronus in æternum firmabitur prouerb. 29.) animos decipere conſueuerunt, vt in ſuis tractatibus, veritatem omnipotentis Dei propoſitam non habuerunt, rectius homines ad dementiam ſupervacuam, ad blandas, atque ſeditioſas fallacias inſtructos, quàm ſcientijs, quæ donum Dei ſunt 16. q. 1. reuertimini, indutos, vnuſquiſque dixerit.

Ego autem Iacobus Antonius V. I. Doctor Marta Neapolitanus poſt quam multa volumina in Philoſophia lucubrauerim, cum in Curia Romana cauſarum patrocinium ſuſceperim, eius
2 tribunalium † veram & indubitatam auctoritatem, & inter ipſa de iuriſdictione ſæpius vertentia dubia ſoluere conſtitui. Vt igitur quæ aſſiduis adeptus ſum laboribus, atque crebris vigilijs ab omni malitia, & adulatione aliena ſucceſſoribus forte deſeruiant. Cum ſinguli viuentes ſuos patiantur detractores, ante Theatri eiuſdem Curiæ, mihi diutiſſimè, & accuratiſſimè elaborati, publicationem, opuſculum præſens, ſine fuco, & oſtentatione verborum, (vt mei moris eſt) in lucem prodire non indignatus ſum, quod non ad vocatis modo iunioribus, ſed officialibus omnibus perquam vtile fore intelligetur. Summus itaque Pontifex vt ex ordine ſtatuum, & officiorum graduum monarchia Eccleſiæ exornetur c. adhæc 89. diſt. ne portæ inferi præualeant aduerſus eam Matth. 16. ſecundùm illud Cantic. 6. terribilis vt caſtrorum acies ordinata, vtque Dei Eccleſia dicatur munita ciuitas cantic. 3. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem & Iſaiæ 62. ſuper muros tuos Hieruſalem cuſtodiui cuſtodes, congruentiſſimè, ac conuenientiſ-
3 ſimè varia † officia, & ſtatus create debet, nam cum Eccleſia militans exem-

REGESTVM.

†A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee   A B C D E F G H I k L

Omnes ſunt Duerniones.

ROMAE, *Apud Iacobum Ruffinellum.*